



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660**

S. Proiectvs Ep. 23. Septembris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42032**

mira denique alia innumera, an non totidem integritatis testes sunt ab omni naturâ submissi? Nec pro EMMERANO solum, etiam contra EMMERANI hostes Numen pronunciauit. Corripit infantiâ carnifices. Vta Landbertusque exules, illa inter Italos, hic inter Hunnos perierunt, vindictâ in seros etiam posteros grassante, quorum omnium vel cita vel longa mors, hoc est misera vita fuit, ut ita non minus diu, quàm sæpè moriens innocenti tyrannus parentaret. *Ex tom. 1. Bauar. g. & tom. 1. Annal. Boic.*

*Tu, ô Christiane, quaris vindicari de adversario tuo, qui tibi forsân injuriam fecit? attende Christum medicum egritudinis tuæ: propter te pendit in ligno, & nondum est vindicatus; & tu vis vindicari, & non vis tantum & talem Magistrum imitari. Aug. l. 2. de SS.*

S. PROJECTVS EP. 23. Septembris.

**N**ihil jam novi, si laudes suas infantia in uero loquitur. Ita PROJECTVS noster gravae parenti visus est in somnis per latus nasci, & dextra liliû præ se ferre triumphans. Sensit certè parua (Forum Cornelii fuit) virtutis odorem, & laudavit animum etiam liliû candidiorem. Ipse literis bonis imbutus Episcopo Cornelio adsuit, & cum in stipem pauperum non nisi duo denarii superessent, loculos vacuos tanto miraculo infarsit, ut in totius paupertinæ cohortis stipendia suppeterent. Aliàs cum tres hospites alii hospites riderent à catinam esu sibi temperantes, nec moniti ipsi à rita temperarent; collapsum repentè coenaculum est, risu omnibus, præter tres, quos diximus, & PROJECTVM, emortuis. Subinde mortuus etiam Cornelius viduam infulam reliquit. Et tulisset hanc

hanc jam tunc ad PROIECTVM populus, nisi alterius ambitio præripuisset. Huic ipsi tamen optatam prædam mors intra xxv. dies eripuit, ut alter sibi delatam, cum fatalem esse capiti non merenti videret, ultrò ad PROIECTVM remitteret. Tunc demum infula locum se dignum credidit noctam esse, quando non tam ipsa lilium, quam lilium ipsam coronavit. *Ex Ferrar.*

*Sipro temporali curâ ægri medicis obediunt, servant arduam parcitatem; quare pro sempiternâ salute sit durum Christo moderatis obedire jejuniis, corpus gubernare mensurâ mentem regere parcitate, sensum sobrietate frenare? S. Pet Chryl. serm. 41.*

S. THECLA V. & M. 23. Septembris.

**P**rinces earum virginum THECLA memoratur, quæ candidum animi pudorem martyri purpurâ exornarunt. Hæc à Magno Paulo fidei Iconii edocta, cum ab ejus ore dies noctesque è fenestrâ penderet, facile misso, qui ei è primâ nobilitate fuit, sponso, Christo amores suos addixit. Quam ipsam ob causam cum castitatis magister Paulus in vincula esset datus, gemmis omnique mundo muliebri distractis, aditum sibi ad eum mercata est, eas demum gemmas æstimans, quas è Pauli ore legeret. Et vide in virgine Herculem. Capta cicuravit, quibus objecta fuit, leones? domuit, quibus alligata fuit, tauros? vicit undarum, quibus immissa est, monstra? triumphavit, quos conscenderat, ignes; & flammæ, quæ nec Herculi pepercerant, virgini pepercere: ut sciant, qui castitatem eunt occisum, omnibus monstris insanores se esse. Cæterum tot victoriis inclita Seleuciâ venit, ubi cum ægris compluribus

Y S salu-